



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 56. Montholonus Regii Sigilli Custos perogans.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

proposito absterreret: ergo Archipræsul^{Sæcul. XVI.}
rem aggressurus Regi exponit, fatius ^{A.C. 1588.}
fore, si hæc oratio quamvis eloquens,
atque elaborata esset, penitus supprime-
retur, quam ut Rex per eam suorum
subditorum, qui merito exinde offen-
derentur, odium incurrendi periculo
sefe exponeret: cum cunctis facile per-
suasum esset, quod Rex præteritorum
haud immemor foret, ipsi vero non si-
ne maximo animi dolore sefe tanquam
rebelles haberi, ac coram universo
Franciæ Regno de perfidia postulari
cernerent. Verum hæ Archiepiscopi
rationes minime obstabant, quo minus
hæc oratio prælo subjecta in vulgus spar-
geretur.

§. LVI.

*Montholonus Regii Sigilli Custos
perorans.*

Postea Regis orationem excepit Mont-^{Thuan. Es}
holonus, quem Rex exauctorato ^{Mem. pag.}
Chivernio Cancellario Regii Sigilli Cu-435.
stodem nominaverat: porro hic fusius
piam Regis voluntatem deprædicans,
suum sermonem ita exorsus est: „Regi
„nihil prius, atque antiquius fuit, si-
„mul ac Regnum inivit, quam ut ratio-
„nem corrigendorum, quæ prave irre-
„pserant, rationem iniret, quippe qui
„se populi tutorem existimat, in idque
Qq 4 „in

Sæcul. XVI.
A.C. 1588.

„in Regem se electum esse reputat, ut
„omnium Ordinum, atque adeo singu-
„lorum Regni subditorum commoda
„procuret, cultum divinum instauret,
„& jus æquale inter suos dicat: id ut
„fiat, a Deo sumendum esse initium,
„omnino censeo.„

Postea prolixo sermone de Cleri, No-
bilitatis, & plebæi Ordinis Officiis dis-
scurrebat, præcipue vero de Judicibus
agens hæc addebat: „notum est, cre-
„bras querelas quotidie ad Regem de-
„ferri, & passim audiri, quod in iure
„reddendo sive per sortes, sive per gra-
„tiam multum peccetur, & partim va-
„fricie causidicorum, exquisitisque ar-
„tificiis, partim judicum negligentia
„efficiatur, ut lites longius protelentur,
„ac non sine magno omnium Ordinum
„detrimento ad extremum immortales
„reddantur, aut si quando finem acci-
„pian, mox novis cavillationibus
„fracta judiciorum auctoritate ad prima
„initia revocentur.„

Tandem suum sermonem his ver-
bis absolvit: „ut ex Regis, ac Re-
„ginæ Matris votis ad commune bo-
„num tendentibus adeo expetitus ad
„Dei gloriam, & regni tranquillitatem
„fructus elici possit, id unum superesse
„videtur, ut Ordines concordiam tam
„necessario tempore inter se sanciant, in
„unius

„unius Regis obedientiam coalescentes, Sæcul. XVI.
 „ac si omnes unius instar viri essent, A. C. 1588.
 „cum nullam majorem ipsi in debellatis
 „monstris victoriam reportare possint,
 „quam cum seipsos vincant, & exuto om-
 „ni privato affectu, ac similitate deposita
 „a factionibus, quæ quietem scindunt,
 „abstineant, atque communi bono con-
 „sulant. „ Præterea Bituricensis Ar-
 chipræful, pluresque alii suo quisque Or-
 dine postea perorabant.

§. LVII.

*Unionis edictum tanquam pro funda-
 mentali Regni lege promulga-
 tum.*

Die decima octava Octobris altera ha- Thu. Davil:
 bebatur Sessio, ubi Ordines Sacra- & Mem. l. c.
 mento sese obstrinxerant, quod edictum
 nuper die vigesima Julii editum, tan-
 quam præcipuam Regni legem accepta-
 re velint, in quam Rex omnes subditos
 suos Catholicos rursus sibi uniens jura-
 bat, quod in Catholica, Apostolica,
 & Romana religione usque ad mortem
 perseverare, illiusque conservationem,
 atque augmentum promovere, omnes-
 que vires suas ad extirpandam hæresin
 impendere, ac nullum Principem hæ-
 reticum, aut de fide suspectum unquam
 tolerare, nec unquam, ut ad folium
 evehatur, permittere, vel alios, quam